colis debet deinceps emi Cerevisia per ta-
bernarios et alios supradictos, et ad villas
atq; loca sua deduci. Propter quod manda-
mus et injungimus seriosè officialibus no-
stris nobilibus et Judicibus Districtus Gor-
licensis hujusmodi universis nostris fide-
libus, quatenus hujusmodi negotium fi-
deliter prosequantur, atq; dictos Consu-
les et Universitatem Gorlicensem in di-
cta gratia manutineant, favorabiliter
et conservent, prout nostram gravem in-
dignationem voluerint evitare. Præsen-
tibus tamen usq; ad renovationem no-
stram tantummodò valituris. Volu-
mus quoq; hujusmodi nostrum Edictum
in Civitate Gorlicensi prædicta aliqui-
bus diebus forensibus publicetur so-
lenniter ne quispiam ignorantiam
prætendere valeat aliqualem. Præsen-
tiarum, sub nostro Imperiali minori
sigillo testimonio Literarum Dat. Wra-
tislaviæ die VIIJ Mensis Augusti Anno
Dni Millesimo Trecentesimo Sexagesimo
Septimo Regnorum nostrorum Anno
Romani vicesimo secundo, Bohemici vi-
cesimo primo. Imperij vero tertio decimo.

usq; ad renova-
tionem